Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

inclusive testis examinata dicit articulos fore veros quia semper ita esse
a senioribus suis audivit
Super Duodecimo articulo incipien(te) Item quod propter bona opera sua etc
testis examinata dicit articulum fore verum quia adhuc hodie ita cognominatur
Super Tredecimo et Quattuordecimo articulis incipien(tibus) Item quod a sede apostolica etc
et Item quod propter virtutem et bona opera sua etc testis examinata dicit
articulos fore veros quia a senioribus suis et etiam aliquotiens in divinis
sermonibus audivit Ita compertum esse in antiquis scripturis ad quas se
refert
Super Quintodecimo decimosexto decimoseptimo et decimooctavo articulis etc
testis examinata dicit ut ad primum secundum
Super decimonono articulo incipien(te) Item quod post mortem suam claruit etc
testis examinata dicit articulum fore verum quia vidit et a multis cristi
fidelibus audivit plura et diversa miracula circa Tumbam beati Leopoldi
facta esse Interrogata iuxta Interrogatoria super designata testis respon
dendo dixit et deposuit prout proxima prescripta testis super miraculo
Agnetis uxoris Johannis Holtzpawr et eodem articulo deposuit et con
cordat in eadem super eadem Subiungens quod ipsa etiam a multis adversitatibus
et tribulationibus per invocationem beati Leopoldi liberata sit Credens fir
miter omnia illa ex meritis beati Leopoldi miraculose contigisse etc
Super Vicesimo Vicesimoprimo et Vicesimosecundo articulis testis exa
minata est generalis cum aliis depositionibus super eisdem
Super Vicesimotertio articulo incipien(te) Item quod quottidie adhuc etc testis
examinata dicit articulum fore verum quia paucis diebus elapsis vidit
puerum qui mortuus ad Tumbam beati Leopoldi delatus et supra altare
quod circa Tumbam existit positus fuit vitam ibidem recuperasse et etiam
claudos et nonnullos alios a diversis infirmitatibus liberatos et sanatos
esse
Super Vicesimoquarto articulo incipien(te) Item quod de predictis omnibus etc testis
examinata dicit articulum fore verum quia hodie ita famatur
Et fuit eadem testi iuramentum prout est more

Eadem die fuit Examinata Discreta mulier Elizabeth uxor Petri Teim(?) 110 teste
de Newnburga claustrali predicta etatis sue annorum vigintisex vel
circa Contestis secunde proxime prescripte testis videlicet Marthe
uxoris Erasmi Ysprugker que deposuit ut sequitur
Et primo super Primo secundo et aliis articulis usque ad octavum inclusive
testis examinata dicit articulos fore veros quia semper ita a senioribus
suis audivit